

**INDEX**  
**LECTIONUM**

IN

**ACADEMIA ROSTOGHIENSI**

**SEMESTRI HIBERNO A. MDCCC<sup>XLIX</sup><sub>L</sub>**

**A DIE XX M. OCTOBRIS**

**PUBLICAE PRIVATIMQUE HABENDARUM.**

---

**CORRIGUNTUR IN PRAEFATIONE**

**LOCI ALIQUOT DIFFICILIORES TRINUMMI.**

---

**LITERIS ADLERIANIS.**

INDEX

# LECTIONUM

ACADEMIAE ROSTOCKENSIS

CHRISTIANI WILHELMI FRIDERICI

A DIE XX. M. OCTOBRI

EDIDIT

CONGRUENTIA

LOGI ALIQUOT DIFFICILIORES

LIBER

**De Trinummo, quam in optimis Plauti fabulis numerare non dubito, memoria nostra duo critici praeclare meriti sunt, G. Hermannus atque F. Ritschelius, quorum editiones in omnium Plauti lectorum manibus esse convenit. Fatendum est tamen, hanc comoediam vel sic haud paucis locis corruptam esse, omninoque Plautum ejusmodi esse scriptorem, qui nisi conjuncta multorum opera tantopere expoliri vix possit, ut eum sui quam simillimum ubique redditum agnoscas. Sed ad fabulam ipsam veniamus. Prologi igitur v. 15 „dedi ei meam gnatam, (sc. Inopiam) quicum aetatem exigat“ ego non solum in metro, verum etiam in sententia haereo. Nam aetatem exigere diuturnitatis est: atqui Lesbonicus mox iterum ditescet. Quare scribendum puto „dedi ei meam gnatam, quicum egestatem exigat“ conferoque Captiv. V, 4, 12 et infra III, 2, 60. — I, 2, 10 (v. 48) „CA. O amice, salve. [atque aequalis. ut vales, | Megaronides?] ME. et tu edepol salve, Callicles.“ Idem Callicles modo sic erat locutus: „quoja hic vox prope me sonat?“ Verba uncis inclusa in Ambrosiano caeterisque libris omnibus leguntur, sed glossemata esse Lomanus atque Ritschelius judicant. Ac sane Plauti hunc versum fuisse „o amice, salve. M. et tu edepol salve, Callicles“ et res ipsa monstrat et usus docet comicorum: cf. Bacchid. II, 2, 5. Ter. Andr. II, 1, 18. Hecyr. I, 2, 7. Phorm. IV, 3, 4 ibique varr. lectt. Tum etiam illud „ut vales“ e v. 13 natum delendumque esse patet. Potest igitur fieri, ut duumviri illi plane verum viderint; potest etiam, ut in verbis „atque aequalis Megaronides?“ alius lateat Plauti versus, hoc similive modo concipiendus**

„CA. [Num amicus] atque aequalis [est] Megaronides?

O amice, salve. ME. et tu edepol salve, Callicles.“

Ceterum cf. Rud. I, 4, 10. — I, 2, 34 (v. 72). Conjicio equidem, „Nam si in te aegrotant artes antiquae tuae, | aut si demutant mores ingenium tuum, | neque tuos antiquos servas, sed captas novos, | omnibus amicis —.“ Legebatur „neque

eos antiquos servas, ast captas novos,“ quod ferri non posse Ritschelius in Parergis Pl. I, p. 514 sqq. demonstravit. Ibidem ostendit, ineptum novitiumque ver-  
 sum „sin immutare vis ingenium moribus“ Ambrosiani auctoritate delendum esse  
 pannumque istum miseram esse sive explicationem sive correctionem proximi versus  
 „aut si demutant —.“ Nequaquam h. l., id quod quidam fecit, de duplici recensione  
 cogitandum est. — I, 2, 54 (v. 91) „Sunt, quos scio esse amicos; sunt, quos  
 suspicor; | sunt, quorum ingenia atque animos nequeo noscere, | ad amici partem  
 an ad inimici perveniant; | sed tu ex amicis certis mi es certissimus.“ Distinguun-  
 tur quatuor amicorum genera, amici certi, amici vulgares, homines in agendo ob-  
 scuri (amici in frontem, animo fortassis insidiosi), denique amici longe certissimi.  
 Ita enim facilem locum plerique bene explicaverunt, novissime Bergkius in Annal.  
 Antiq. Liter. (a. 1848) Fasc. XII No. 141—144 p. 1124 sqq. Quo non intellecto  
 Ritschelius in Parergis p. 517—522 unum ex his versibus temere mutat, alium non  
 minus temere a Plauto abjudicat. Continuo haec sequuntur, „Si quid scis me fe-  
 cisse inscite aut improbe, | si id non accusas, tute objurgandu's. ME. scio | et  
 si huc alia causa ad te adveni, aequum postulas. | CA. Exspecto, si quid dicas.“  
 Camerarii transpositione „alia huc“ metro satisfit, non item veritati sententiae,  
 quae qualis esse debeat, patebit conferenti ejusdem scenae v. 29 sq. (67 sq.).  
 Corrige: ME. „scio | et illa huc causa ad te adveni: aequum postulas.“ Hoc  
 vult: scio, te improbe fecisse et ideo huc veni: aequum est te accusari. — I, 2,  
 92 (v. 129) „dedistine hoc facto ei gladium, qui se occideret?“ Ita codices an-  
 tiqui. Praecedunt autem haec „argentum dedi“ et „dedisti argentum?“ Scribe,  
 „dedisti hoc facto ei gladium, qui se occideret“ i. e. argento dato gladium ei  
 dedisti. Deinceps retineo vulgatam, „quid secus est aut quid interest dare te in  
 manus —.“ — I, 2, 112 (v. 149) „quoniam hinc est profectus peregre Char-  
 mides, | thesaurum demonstravit —.“ Ita codices. Unice probo Scaligeri emenda-  
 tionem, „quoniam hinc est profecturus peregre Charmides.“ Cf. ejusdem scenae  
 v. 75 (v. 112). — I, 2, 121 (v. 158) „si quid eo fuerit, certe illius filiae, | quae  
 mihi mandatast, habeo dotem unde dem.“ Conjeceram „habeo dotem ei unde dem,“  
 idque exstat in ed. tertia Parei probaratque olim ipse Ritschelius Parerg. p. 526.  
 Similiter Hermannus „habeo dotem illi unde dem“ estque haec syntaxis Plautina,  
 ut infra II, 2, 47 (v. 328). Antiquus codex pro „dotem“ scribit „dotem“. — I, 2,  
 146 (v. 183) „Haec sunt si recte seu pervorse facta sunt, | ego me fecisse con-  
 fiteor, Megaronides.“ Sic Ambrosianus. Utor transpositione, „Haec si sunt recte,  
 seu pervorse facta sunt“ i. e. sive haec recte habent, εἴτε ταῦτα καλῶς ἔχει. Si-  
 militer Bothius, „Haec seu sunt recta —.“ Sequitur versus, „en mea malefacta,  
 en meam avaritiam tibi.“ Insero tibi, ut Hermannus inseruit, alio tamen loco, „en  
 tibi nea malefacta, en meam avaritiam tibi.“ — I, 2, 163 (v. 200) „Nihil est pro-

fecto stultius nec stolidius, | neque mendaciloquius, neque adeo argutum magis —.“  
 Sic Ambrosianus. Hinc corrigendum est, „— neque mendaciloquum, neque  
 adeo argutum magis“ (h. e. neque magis mendaciloquum). — I, 2, 169 (v. 206)  
 „quod quisque in animo habet aut habiturus est, sciunt.“ Transpono in hunc mo-  
 dum, „quod in animo quisque habet aut habiturus est, sciunt.“ — Act. II init.  
 (v. 223 sqq.) De hoc cantico, quod in praestantissimis est, alio loco pluribus ex-  
 positum est, quo loco omnia Plauti cantica eorumque metra duce inprimis Her-  
 manno tractavi. Quae scriptio quum nondum edita sit, hic aliquot certe versus  
 verbo attingam. V. 16 (v. 242) **NAMQUIAMATQUODAMATQUAMEXTEMPLO**  
**SAUIISPERCULSUSEST.** Ita Ambrosianus. Ritschelii conjecturae exstant in  
 Parergis p. 527 et Proleg. p. CCCXIV. Altero loco de metro recte iudicat, neutro  
 persanasse versum videtur. Corrige,

Nám qui emit, quod amát, quum extemplo sáviis percúlsus est,  
 illico rés foras lábitur, liquitur.

H. e. qui meretricem amat pretio venalem: quae saepius dicitur emi, ut in Mostell.  
 I, 3, 128 et Horat. Od. III, 6, 32. Neutrum genus „quod amat“ saepe comici  
 ponunt pro vulgari „quam amat.“ — V. 22 sqq. (252). In loco tam ad metra dif-  
 ficili quamvis nemo sibi satisfaciat, non debebat tamen Ritschelius Hermanni nu-  
 meros plane rejicere, quos partim secutus timide conjicio,

Véstiplica, unctor, aúri custos, flábelliferae, sándaligerulae,  
 cántrices, cistéllatrices, núnctii, renúnctii,

rap | tóres panis ét peni: fit ipse, dum illis cómis est,  
 amátor inóps. haec cum agó cum meo ánimo,  
 et récolo, ubi qui egét, quam preti sit parvi, ápage  
 amór, non placés, te nil útor, quanquam illud  
 dulcést esse et bibere.

Amor amara dát tibi satis, quod aégre sit, fugit forum,  
 fugát tuos cognátos, fugát sese ipse á suo  
 contútu: neque eúm sibi volúnt dici amicum.

Mille modis amor ignorandust, prócul habendus, ábstinendus.

Ultimo versu libri absurde „procul adhibendus,“ pro quo bene Lindemannus cor-  
 rexit „procul habendus“. Deinceps libri, „sunt tamen, quos miseros maleque ha-  
 beas“. Scribo, duce partim Hermanno, „sunt tamen, quos nimis misere maleque  
 habeas“. — II, 2 init. metro succurrendum est. Libri „neque tibi ero in mora  
 neque“. Conjicio „neque erit mora in me nec“ comparoque Ter. Andr. II, 5, 9.  
 Deinceps libri „ceteris factis, patrem tuum si percoles per pietatem“. Corrigo  
 „factis id ceteris, parque pietati, tuum si patrem percoles“. Mox libri vulgares „foro  
 ullum“, Ambrosianus autem „FORO . . . ULLUM“. Insero „malum“. Sic igitur lego,

L. Pater, ádsum: imperá quidvis, néque erit mora in me,  
nec látebrose me ábs tuo conspéctu occultábo.

PH. Féceris pár tuis fáctis id céteris,  
párque pietáti, tuum sí patrem pércoles.

Nólo ego cum ímprobis té viris, gnáte mi,  
neque in via neque in foro malum úllum sermonem éxsequi. —

II, 2, 12 (v. 289) pro „rape“ scribo „arripe“, tum, „lacrimas isthaec“ pro „lacrumas haec“, proximo autem versu Ritschelium sequor:

quo mánus abstineant: caetera arripe, trahe, fuge, late.

Lacrimas isthaec mihi, quom video, eliciunt, quia ego ad hoc genus  
hominum perduravi. quin me ad pluris penetravi prius? —

II, 2, 19 (v. 300) Comparantur inter se imperia et praecepta. Quamobrem ex-  
cidit v. „praecepta“, non „consilia“:

Haéc tibi, si capessés mea impéria,  
múlta bona in pectore praecépta consistent.

Ita enim continuo Lysiteles,

Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia  
tuis servivi servitutum imperiis praeceptis pater.

Libri „imperiis et praeceptis“, sed voculam „et“ jure Bothius delevit. Locus ita accipiendus: praeceptis tuis servivi sicut imperiis. Vide Dobraeum ad Plutum v. 314 et Doeringium ad Horat. Epp. I, 2, 42. — II, 2, 30 (v. 311) „Nimio satiust, ut opust, te ita esse —] Pro „opust“ aliquot codices recte, „opus est“. Praeterea non dubito, quin „te“ pronomen delendum sit. Generalem enim hanc esse sententiam quum totus locus, tum maxime proximus versus docet:

Nimio satiust, ut opus est, ita esse, quam ut animo lubet.

Qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.

Posterior versus si quis alius ipsius Plauti est, de quo male dubitavit Ritschelius Parerg. p. 524 sq. Esto enim, ut eadem notio jam praecesserit: at senex supra metaphorice locutus est, quasi de vera victoria; nunc autem quum eos ipsos esse dicat „probiores“, loquitur proprie. — II, 2, 51 (v. 332) „Publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis? | Mercaturamne an venalis habuit, ubi rem perdidit?“ Italus corrector „mercaturane“ (sc. rem perdidit), probante duram istam structuram Lindemanno ipsoque Ritschelio p. CCCXXII. At nil mutandum. Lenissimum zeugma ita solvatur: mercaturamne (fecit) an venalis habuit, s. mercatorne fuit an venalitius? — II, 2, 94 (v. 375) L. „soror illist adulta virgo grandis: eam cupio, pater, | ducere uxorem sine dote. Ph. sine dote uxorem? L. ita —.“ Sic personas ex Ambrosiano correxit Ritschelius, quam rationem sententiarum nexus postulat. At displicet conjectura „sine dote uxoremne? ob collocationem encliticae. Scribo,

„ducere uxorem sine dote. Ph. sine dote autem uxorem? L. ita.“ In tali enim interrogatione „autem“ poni solet, ut ap. Ter. Eun. IV, 7, 28. Hec. I, 2, 25. Adolph. II, 1, 31. ibid. V, 8, 11 v. 17 et v. 27. — II, 2, 99 (v. 380) „multa ego possum docta dicta et quamvis facunde loqui“. Aut vocula et delenda, aut scribendum, dicta docte et, ut Bothius voluit magis conjicere, quam coniecit. Cf. Rudens IV, 8, 24. — II, 2, 108 (v. 389) „ecce autem in benignitate hoc repperi negotium“. Ineptum pronomen, quod natum videtur e versus proximi verbis „haec sunt aedes, hic“, recte olim Scaliger deleuit. Cf. Rudens II, 5, 26. — II, 3, 7 (v. 398) „suae senectuti is acriorem hiemem parat“. De contractione s'nex s'nectus nunquam dubitatum est. Quare non sequor Ritschelium ad h. l. et p. CXVIII. — II, 4, 11 (v. 413) St. „Quid, quod dedisti scortis? L. ibidem una traho. | St. Quid quod ego defrudavi? L. hem istaec ratio maxumast“. Requiro accentum „égo“, ut in oppositione. Sicut Cicero saepius conjungit „Quid, quod — quod“ ut in Catilin. I, 7 § 16, ita hic altero loco „quod“ conjicias: St. „quod ego defrudavi? L. hem istaec ratio maxumast“. — II, 4, 23 (v. 425) Corrige, „St. trapezitae mille drachumarum Olympico, | quas de ratione debuisti, redditae | pro sponsione nuper, quam tu exactus es. | LE. Nempe quas sponondi. St. immo quas dependi, inquit, | pro illo adolescente, quem tu esse aibas divitem“. Libri omnes „qua sponsione pronuper tu exactus es“ isque versus in caeteris libris post versum „Nempe — inquit“, in Ambrosiano autem ante eundem versum positus est. Haud dubie is versuum ordo sequendus est, quem Ambrosianus praeivit. Jam Scaliger constructionem saltem assecutus pro „qua sponsione“ emendaverat „quam sponsonem“: quando A. Gellius N. A. XV, 14 antiquos testatur ita locutos, pecunias exigor, portorium exigor. At praeterea et pronuper removendum et nexus orationis restituendus erat. Ita lenissima transpositione Plauti manum restituisse videor. Illud enim „mille drachmae pro sponsione redditae sunt“ genus dicendi est vulgare; cf. supra II, 4, 1. Cic. ad Atticum I, 3, § 2. Hoc dicunt: si mille drachmae pro sponsione redditae sunt, nempe eas tantum sponondi. Immo eas dependisti tantaque pecunia perit. Ritschelium in Parergis p. 529 quod est facillimum fecit corruptumque versum non emendavit, sed sine idonea causa exturbavit. Optare illud quidem est non docere, si verum volueris fateri. Praeterea vir eximius etiam in eo erravit, quod paullo ante vulgatum „Olympicum“ retinuit idque in Proleg. p. LXXXIX pro certo habuit. At id quidem corruptum esse jam olim Camerarius senserat. Verissime enim Pii codices antiqui pro eo exhibent „olympico“. Nominis Ὀλυμπικός exempla quaedam e Plutarcho dedit Wytttenbachius ad Plut. De S. N. V. p. 19. Adde primum Diog. Laert. V, 62. Tum in scholiis ad Acharn. v. 1149 pro nomine Ὀλυμπιακός corrige Ὀλυμπικός e Suida s. Ἀντίμαχος et s. Ψεκάς. Ceterum h. l. lectio-

nem „Olympico“ probavit etiam Bergkius l. l. (N. 144 p. 1146): qui etsi nomen Ὀλυμπικός ex Inscriptione ipse affert, putat tamen etiam „Olympicho“ scribi posse. Unum idemque nomen fuit Ὀλυμπικός et Ὀλυμπίχος, ita tamen ut posterior forma proprie fuerit dorica: de quo genere optime expositum est a grammatico in Etym. M. p. 582, 39, tum a Koenio ad Gregor. Cor. p. 290 sqq. et Lobeckio Patholog. p. 342. Attamen forma Ὀλυμπίχος nonnunquam ipsi Attici utuntur, veluti Dio-xippus comicus ap. Athen. XI p. 502, d et Demosthenes in Ebul. 38, 7 B. Sed quum Etymologus l. l. utramque nominis formam diserte agnoscat, non nostri res arbitrii est, sed codicum auctoritas sequenda. — II, 4, 91 (v. 492). „Di divites sunt, deos decent opulentiae | et factiones: verum nos homunculi | satillum animae: qui quum extemplo emisimus, | aequo mendicus atque ille opulentissimus | censetur censu ad Acheruntem mortuus.“ Ridiculam conjecturam „salillum“ jure explosit Ritschelius: qui quae de hujus l. restitutione p. LXXIX et p. CCCXXIV ipse dixit, invitus legi. Equidem conjicio, „scintilla animai“ sive malis „scintillula animae: quam quum extemplo emisimus —.“ Nolo uti inferiore loco III, 2, 52 (v. 678), ubi v. „scintillam“ alio modo corruptum est. Sed simillimo modo Philostratus Vit. Apollon. IV, 45 p. 186 exiguas vitae reliquias σπινθήρα τῆς ψυχῆς appellavit. Quam conjecturam hoc magis afferendam putavi, quod in eandem per se Bachmannus quoque incidit, vir amicissimus. — II, 4, 102 (v. 503) haec ita transpono, „eheu, ubi nil erat usus dicto, spondeo | dicebat: nunc hic, quum opus est, non quit dicere“. Haec hactenus.





## INDEX LECTIONUM.

### In ordine theologico.

- D. Gustavus Fridericus Wiggers, P. P. O., Academiae Senior, h. t. Decanus, privatim 1) historiam dogmatum senis dd. h. IX tradet; 2) historiae ecclesiasticae partem posteriorem inde a mediæ aevi initio ad nostram usque ætatem quinis dd. h. XII enarrabit. Publice catechetice dd. Lunæ et Jovis h. III præcipiet. In Seminarii sodalitiis catechetice sodalium exercitationes tempore constituto moderabitur.**
- D. Jo. Phil. Bauermeister, P. P. O., 1) quinque diebus h. X evangelium et epistolas Joannis apostoli interpretabitur; 2) quaternis dd. h. XI systema ecclesiae Lutheranae exponet cum eoque placita ecclesiae Romanae, Graecae, Reformatae, Socinianismus et Rationalismus hodiernum comparabit; 3) binis dd. h. XI isagogen in libros ecclesiae Lutheranae symbolicos tradet.**
- D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O., publice 1) ternis dd. h. IX encyclopaediam theologicam exponet; 2) ternis dd. h. IX archaeologiam ecclesiasticam tradet; privatim 3) senis dd. h. X theologiam dogmaticam docebit; 4) in Seminarii sodalitiis homileticis sodalium exercitationes die Mercurii h. II et III moderabitur.**
- D. Franc. Delitzsch, P. P. O., privatim 1) historiam prophetiarumque prophetarum Veteris Test. senis dd. h. XII enarrabit; 2) evangelium Matthaei quaternis dd. h. XI interpretabitur; publice 3) Canticum Canticorum exponet horis vespertinis diei Veneris adhuc Conversatorio exegetico constitutis; 4) Borhâneddîni ez-Zernûgi Enchiridion Studiosi (ed. Caspari, Lips. 1838) explicabit binis p. h. horis usque definiendis.**
- D. Julius Wiggers, P. P. E. Des., 1) publice epistolam Pauli ad Galatas explicabit dd. Mart. et Ven. h. IV; privatim 2) evangelia Matthaei, Marci et Lucae quinque dd. h. X interpretabitur; 3) quaternis dd. XI isagogen in N. T. præcibit.**

**In ordine juridico.**

- D. Conradus Theodorus Gründler, P. P. O.,** tradet 1) encyclopaediam juris, duce Falck, quaternis diebus h. IX; 2) textum institutionum juris secundum editionem minorem Schraderi senis diebus h. XI.
- D. Augustus Ludov. Diemer, P. P. O.,** docebit 1) publice quatern. dieb. h. XI encyclopaediam et methodologiam juris, ex compendio Ludovici de Loew; 2) privatim quaternis diebus h. X jus ecclesiasticum utriusque confessionis Germanicae, duce libro Richteri ed. 3. et 3) totidem dieb. hora deinde constituenda jus Germanicum privatum, ex systemate C. F. Eichhorn.
- D. Fridericus Raspe, P. P. O.,** h. t. Decanus, tradet principia juris criminalis communis et megapolitani, duce Heffter, sexies h. XI — XII et XII — I.
- D. Burcard. Guilielmus Leist, P. P. O.,** 1) Pandectas quotidie h. IX — XI; 2) jus hereditarium h. IV — V quinquies per hebdom. docebit.
- D. Carolus Georgius Bruns, P. P. O. Des.,** tradet 1) institutiones juris civilis sexies p. h. h. XI; 2) historiam juris romani sexies p. h. h. XII.
- 
- D. Theophilus Henricus Fridericus Gaedcke** 1) tradet principia, quae officium notariorum spectant, horis deinde constituendis; 2) quater per hebdom. collegium civile practicum instituet.
- D. I. de Gloeden** practicum processuale ter p. h. horis III — V instituet.
- 
- D. Adolphus Schliemann** 1) privatim institutiones juris civilis tradet sexies p. h.; 2) privatim exercitationes Pandectarum practicas moderabitur quater p. h.; 3) publice exercitationes exegeticas instituet bis p. h.

**In ordine medico.**

- D. Henricus Spitta, P. P. O.,** tradet quatern. p. h. diebus 1) pathologiam et therapiam specialem; 2) medicinam forensem; 3) clinicen propaedeuticam binis p. h. diebus.
- D. Carolus StrempeI, P. P. O.,** h. t. Decanus, docebit quater p. h. 1) materiam medicam artemque formulas medicas rite concinnandi h. IV; 2) chirurgiae partem primam h. VIII; 3) artem

operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus illustrandam; 4) exercitationes practicas in Clinico medico-chirurgico quotidie h. XI — I moderabitur.

- D. Carolus Fridericus Quittenbaum, P. P. O.,** 1) in demonstrationibus anatomicis splanchnologiam, angiologiam et neurologiam horis II — IV diebus Lunae, Martis et Jovis; 2) osteologiam, syndesmologiam et myologiam horis II — IV diebus Mercurii et Veneris docebit; 3) in secandis cadaveribus auditores horis IX — XII quotidie erudiet.
- D. Fridericus Hermannus Stannius, P. P. O., h. t. Rector,** docebit 1) pathologiam generalem quinquies p. h. hor. XI; 2) anatomen comparatam quinquies p. h. hor. XII.
- D. Christianus Krauel, P. P. O.,** 1) tradet artem obstetriciam quater p. h. h. IV; 2) exercitationes practicas in clinico obstetricio quotidie h. VIII moderari perget.

- D. Jo. Frid. Guil. Lesenberg** has lectiones offert: 1) encyclopaediam et methodologiam artis medicae; 2) chirurgiam; 3) artem obstetriciam; 4) repetitoria et examinatoria.
- D. Joannes Schroeder** tradet 1) pathologiam et therapiam generalem; 2) medicinam forensem; 3) pathologiam et therapiam morborum psychicorum. Examinatoria et repetitoria de quavis artis medicae parte cupientibus offert.
- D. Ludovicus Dragendorff** offert lectiones et repetitoria de arte obstetricia et de gravissimis gravidarum, puerperarum neonatorumque morbis.
- D. Augustus Kortüm** has lectiones offert: 1) prolegomena in pathologiam et therapiam, publice, binis p. h. horis; 2) de pathologia et therapia speciali, privatim, quaternis p. h. horis.

### In ordine philosophico.

- D. Franciscus Volcmarus Fritzsche, P. P. O., h. t. Decanus,** publice 1) quaternis diebus h. VIII historiam literarum graecarum persequetur; 2) binis diebus h. VIII Plauti militem gloriosum explicabit; 3) quaternis diebus h. III Euripidis supplices interpretabitur. Denique exercitationes Seminarii philologici moderari perget, in quo libri aliquot Luciani et Terenti Andria tractabuntur.
- D. Joannes Roeper, P. P. O.,** privatim docebit 1) Zoologiam generalem, demonstrationibus in Museo academico illustrandam

- quinis diebus h. XI; 2) initia cryptogamologiae diebus Mercurii, Jovis et Veneris h. III; 3) publice geographiam plantarum diebus Lunae et Martis h. III tractabit; 4) disputationes de rebus physicis una cum collegis de Blücher et Karsten moderabitur.
- D. Eduardus Danielus Henricus Becker, P. P. O.,** 1) publice elementa rei rationariae oeconomicae tradet bis p. h. hora XII; 2) privatim agriculturam quaternis diebus h. IX et rem pecuariam quaternis diebus h. XI docebit.
- D. Ludov. Bachmann, P. P. O.,** 1) privatim quater p. h. Theocriti idyllia interpretabitur; 2) privatim bis p. h. Plinii epistolas explicabit; 3) privatissime quater p. h. topographiam veteris Graeciae duce Pausania tractabit.
- D. Helmuth de Blücher, P. P. O.,** privatim tradet 1) chemiam experimentalem sexies p. h. h. X; 2) chemiam practicam ter p. h. h. II—IV.
- D. Hermannus Karsten, P. P. O.,** docebit publice astronomiam popularem bis p. h.; privatim 1) geometriam analyticam quater p. h.; 2) staticen et mechanicen analyticam quater p. h.; 3) mineralogiam quater p. h. horis commodis. Privatissimas denique offert scholas de quavis matheseos vel physices parte, nec non de rebus nauticis.
- D. Carolus Türk, P. P. O.,** 1) literas politicas tractabit bis p. h. h. II publice; privatim 2) historiam medii aevi quinquies p. h. h. II et III; 3) historiam legum Germanicarum ter p. h. h. XI docebit.
- D. Christianus Wilbrandt, P. P. O.,** privatim 1) historiam philosophiae senis diebus h. IX docebit; 2) historiam literarum Germanicarum quinque diebus h. X enarrabit; 3) exercitationes Seminarii philosophico-aesthetici moderabitur horis constituendis.
- D. Carolus Hegel, P. P. O.,** 1) publice de civitate historice disseret bis p. h.; privatim 2) historiam Megapolitanam ter h. IV docebit; 3) historiam populi Germanici quinquies h. V tradet.
- 
- D. Fridericus Francke, P. P. E.,** privatim 1) de philosophia historiae generis humani disseret ter p. h. h. III; 2) ethicen sive doctrinam morum praecipiet quinquies p. h. h. IV; 3) politicen i. e. naturam et finem civitatis illustrabit itidem quinquies p. h. h. V.
- D. Georgius Nicolaus Busch, P. P. E.,** privatim 1) quaternis diebus h. III historiam literarum latinarum pertractabit; 2) qua-

- ternis diebus h. IV Euripidis Phoenissas interpretabitur; 3) binis diebus h. III de vita privata Romanorum disseret. Praeterea exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.
- D. **Eduardus Schmidt, P. P. E.**, docebit 1) publice introductionem philosophicam in theologiam moralem et dogmaticam, bis p. h. h. III; privatim 2) philosophiam historiae maximeque novissimae quater p. h. h. IV; 3) psychologiam quater p. h. h. V.
- D. **Carolus Weinholtz** privatim 1) logicam formalem e systemate suo („die Erfahrungslögit“, Rostock 1834) docebit comparatis Aristotelis et Hegelii doctrinis; 2) de explicatione naturali juris et civitatum disseret spectabitque suos ipsius libellos hos: „Die Begründung des Rechts“, Rostock 1847, und „die staatsbürgerliche Freiheit und Gleichheit“, Rostock 1849.
- D. **Bernardus Sthamer** 1) pharmacognosin bis p. h. h. II tradet; 2) chemiae pharmaceuticae partem non organicam bis p. h. h. III docebit; 3) exercitationes practicas in Laboratorio chemicopathologico quater p. h. h. IX—XII instituet; 4) Repetitoria et examinatoria cupientibus offert.
- D. **Julius Robert** privatim 1) quaternis diebus de lingua Gallica scholas practicas habebit; 2) de scriptoribus Gallicis saeculi nostri disserere perget binis diebus; 3) publice binis diebus de viris clarissimis exponet, qui ab anno h. s. tricesimo in Gallorum republica maxime versati sunt.

\* \* \*

**Bibliotheca** h. XII—I quotidie, festo die et solis excepto, **Museum** autem die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Conferatur § 1 legum de usu bibliothecae academicae scriptarum. Gallicam, anglicam aliasque linguas peregrinas discendi occasio data est. Sunt etiam magistri publice constituti, qui artem equitandi, pingendi, musicam et artem gymnasticam doceant.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

**Hermannus Stannius, M. D.**

Praesidet ordini Theologorum **Gustavus Wiggers, Th. D.**

Juris consultorum **Friedericus Raspe, J. U. D.**

Medicorum **Carolus Strempel, M. D.**

Philosophorum **Franciscus Fritzsche, Ph. D.**



1. Die Geschichte der Anatomie in der neueren Zeit  
 2. Die Geschichte der Physiologie in der neueren Zeit  
 3. Die Geschichte der Pathologie in der neueren Zeit  
 4. Die Geschichte der Pharmakologie in der neueren Zeit  
 5. Die Geschichte der Hygiene in der neueren Zeit  
 6. Die Geschichte der Chirurgie in der neueren Zeit  
 7. Die Geschichte der Medicin in der neueren Zeit  
 8. Die Geschichte der Zahnheilkunde in der neueren Zeit  
 9. Die Geschichte der Augenheilkunde in der neueren Zeit  
 10. Die Geschichte der Ohrenheilkunde in der neueren Zeit  
 11. Die Geschichte der Halsheilkunde in der neueren Zeit  
 12. Die Geschichte der Brustheilkunde in der neueren Zeit  
 13. Die Geschichte der Bauchheilkunde in der neueren Zeit  
 14. Die Geschichte der Nervenheilkunde in der neueren Zeit  
 15. Die Geschichte der Kinderheilkunde in der neueren Zeit  
 16. Die Geschichte der Frauenheilkunde in der neueren Zeit  
 17. Die Geschichte der Heilwissenschaften in der neueren Zeit  
 18. Die Geschichte der Naturwissenschaften in der neueren Zeit  
 19. Die Geschichte der Geisteswissenschaften in der neueren Zeit  
 20. Die Geschichte der Kunstwissenschaften in der neueren Zeit

21. Die Geschichte der Philosophie in der neueren Zeit  
 22. Die Geschichte der Theologie in der neueren Zeit  
 23. Die Geschichte der Jurisprudenz in der neueren Zeit  
 24. Die Geschichte der Staatswissenschaften in der neueren Zeit  
 25. Die Geschichte der Pädagogik in der neueren Zeit  
 26. Die Geschichte der Erziehungswissenschaften in der neueren Zeit  
 27. Die Geschichte der Psychologie in der neueren Zeit  
 28. Die Geschichte der Logik in der neueren Zeit  
 29. Die Geschichte der Ethik in der neueren Zeit  
 30. Die Geschichte der Aesthetik in der neueren Zeit  
 31. Die Geschichte der Historiographie in der neueren Zeit  
 32. Die Geschichte der Philologie in der neueren Zeit  
 33. Die Geschichte der Sprachwissenschaften in der neueren Zeit  
 34. Die Geschichte der Literaturwissenschaften in der neueren Zeit  
 35. Die Geschichte der Kunstgeschichte in der neueren Zeit  
 36. Die Geschichte der Archäologie in der neueren Zeit  
 37. Die Geschichte der Ethnologie in der neueren Zeit  
 38. Die Geschichte der Anthropologie in der neueren Zeit  
 39. Die Geschichte der Soziologie in der neueren Zeit  
 40. Die Geschichte der Ökonomie in der neueren Zeit  
 41. Die Geschichte der Rechtswissenschaften in der neueren Zeit  
 42. Die Geschichte der Politik in der neueren Zeit  
 43. Die Geschichte der Verwaltungswissenschaften in der neueren Zeit  
 44. Die Geschichte der Sozialwissenschaften in der neueren Zeit  
 45. Die Geschichte der Wirtschaftswissenschaften in der neueren Zeit  
 46. Die Geschichte der Ingenieurwissenschaften in der neueren Zeit  
 47. Die Geschichte der Naturwissenschaften in der neueren Zeit  
 48. Die Geschichte der Geisteswissenschaften in der neueren Zeit  
 49. Die Geschichte der Kunstwissenschaften in der neueren Zeit  
 50. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit

51. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 52. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 53. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 54. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 55. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 56. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 57. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 58. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 59. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 60. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit

61. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 62. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 63. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 64. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 65. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 66. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 67. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 68. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 69. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 70. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit

71. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 72. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 73. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 74. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 75. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 76. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 77. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 78. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 79. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit  
 80. Die Geschichte der Wissenschaften in der neueren Zeit